egipti quia non obedierunt uo
ci domini: et uenerunt usque
in taphnis. Et factus est ser
mo domini ad ieremiam in taphnis
dicens. Sume in manu
tua lapides grandes et absc
onde eos in cripta que est sub
muro latericio in porta domus
pharaonis in taphnis cernen
tibus uiris iudeis. Et dices ad
eos. Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Ecce ego mittam et
assumam nabuchodonosor regem babi
lonis seruum meum et ponam thro
num eius super lapides istos quos
abscondi: et statuet solium
suum super eos. ueniensque percu
ciet terram egipti. Quos in
morte in mortem et quos in cap
tiuitate in captiuitatem et quos
in gladio in gladio. Et suc
cendet ignem in delubris deorum
egipti. et comburet ea et cap
tiuos ducet illos. Et amicietur
terra egipti sicut amicitur
pastor pallio suo. et egredietur
inde in pace. et conteret statuas
domus solis que sunt in terra egip
ti: et delubra deorum egipti
comburet igni. XLIIII

Verbum quod factum est ad iere
miam ad omnes iudeos

iudeos qui habitant in terra
egipti habitantes in magda
lo et in thaphnis et in memphis
et in terra phatures dicens.
Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Vos uidistis omne
malum istud quod adduxi super
ierusalem et super omnes urbes iuda
et ecce sunt hodie deserte et
non est in eis habitator propter mali
ciam quam fecerunt ut me ad
iracundiam prouocarent et ut
irent et sacrificarent et cole
rent deos alienos quos nesci
ebant et illi et uos et patres
uestri. Et misi ad uos omnes
seruos meos prophetas de nocte
consurgens et mittens et
dicens. Nolite facere uerbum
abhominationis huiusmodi.
et non audierunt nec incli
nauerunt aurem suam ut conuer
terentur a malis suis et non
sacrificarent diis alienis. Et
conflata est indignatio mea
et furor meus et succensa est
in ciuitatibus iuda et in pla
teis ierusalem: et uerse sunt in
solitudinem et uastitatem secundum
diem hanc. Et nunc hec dicit
dominus exercituum deus israel.
Quare uos facitis malum h